

zentiurum agendum. 138. Compromittentes, si voluntur, comparere debent. 139. Tenentur stare sententia. 140. Habent alionem & exceptionem ex laudo. 141. Alionem scilicet ex stipulatu, si praecerit stipulatio. 142. Vel alionem in factum, si laudem fuerit homologa-

rum. 143. Et jure hodierno ex pacto nudo conditionem ex moribus. 144. Pena soluta, licet a compromisso recedere. 145. Ut proinde firmior a sint compromissa non-penalita. 146. & seqq. Effectus Arbitrii respectu causa compromissaria annotantur.

§. I.

Quid operetur Arbitrium respectu Arbitri?

125 Effectus Arbitrii alii sunt respectu Arbitri; alii respectu compromittentium; alii respectu causa, de qua compromissum est.

126 Effectus respectu Arbitri sunt sequentes. I. obligatur ad causam compromissi non quidem suscipiendam; sed susceptam semel continuandam l. Labeo 3. §. 1. ff. de Recept. potestque ad id, in vitiis quoque, nobili Judicis officio, vel multa ditione, vel pignorum capione, vel persona retentione, seu arrestatione, a Praetore seu Magistratu Ordinario compelli l. non distinguemus 32. §. 12. ff. d. i. Rota Roman. p. 1. dec. 498. n. 2. & seqq. nisi justam exculationis causam praetextat l. licet autem 15. §. l. seq. ff. eod. Franzkius ad cit. tit. n. 25. & seqq. Lauterbach in cit. tract. synopr. th. 32. n. 1. & 2.

127 II. obligatur, ut intra terminos & limites, in compromisso praefixos, se contineat per textum in l. Pedius 7. §. 1. l. quid tamen. 21. §. 4. & 8. l. Labeo aut 25. in pr. d. l. non distinguemus 32. §. 15. & 17. ff. d. i. adeo ut, si praescriptum modum & metam exceperit, sententia sit nulla d. l. §. ult. eaque per 30. annos nullitatis infirmulari possit. Lauterbach d. l. th. 33. num. 1. & seqq.

128 III. obligatur, ut instar Judicis, juste & sincere, remota partium studio, juxta ordinem, in num. 110. delibatur, procedat, ac laudum suum (ita vocatur sententia Arbitralis) secundum Leges, constitutiones, consuetudines loci, in quo procedendum, ac formulam compromissi pronuntiet l. item si 17. §. 3. l. qualem autem 19. in pr. l. quid tamen 21. §. 3. d. l. non distinguemus 32. §. 15. ff. de Recept. & c. Lauterbach cit. l. th. 34. num. 12. & th. 35. num. 1. & seqq.

129 IV. acquirit Arbitri potestatem, non comparentes & contumaces multa (vel quasi, cum Adversario praestetur) puniendi l. diem 27. §. 4. l. non distinguemus 32. §. 16. l. non ex omnibus 39. in pr. ff. de Receptis & c.

130 Scrutaberis: an, si plures sint Arbitri, omnes sententiam dicere debeant; & quid, si discordes fuerint?

Resp. I. si plures Arbitri sint assumpti, omnes adesse debere eo tempore, quod sententia dicitur; & si vel unus ablit, sententiam, a reliquis unanimiter prolatam, non valere l. item si 17. §. ult. l. siens 18. ff. d. i. partim quia in plu-

res fuit compromissum; partim quia potuit praesentia ejus, (qui abfuit) irabere eos (qui praesentes sunt) in ejus sententiam, ut inquit Ulpianus in cit. §. ult. Rota Rom. in recent. p. 8. dec. 59. n. 1. & seqq. Exceptis duobus casibus, quorum primus assignatur in non distinguemus 32. §. 13. ff. eod. quando cum hac vel simili clausula compromissum est, ut sub altero absente, reliquis nihilominus procedere valeant. Alter in cap. ult. de Arbitr. in 6. extat, quando absens, debet e requisitis, cessante legitimo impedimento, non comparere.

Resp. II. si Arbitri in proferenda sententia discordent, videndum, an saltem major pars concordet, an vero discordet? Priore casu statim est sententia majoris partis d. l. siens 18. cap. si ex tribus v. de Arbitr. in 6. Posteriori casu dispendium, an in numero sint pari, vel impari? Si in pari; debent assumere tertium Arbitrum, cujus definitioni acquiescendum est d. l. item 17. §. 6. in fin. Si in numero impari; nullius roboris Arbitrium reputatur l. diem 27. §. 1. ff. d. i.

Planè si sententia in aliquo saltem concordent, puta si unus in decem, alter in 15, tertius in 20. condemnent, tenet sententia quoad quantitatem minimam: utpote in quam omnes implicite consenserunt d. l. diem 27. §. 3. Ex quo tamen non velim, hanc sequelam inferri, quod etiam tunc sententia pro minore summa praevaleat, quando unus v. g. condemnavit in 10. & duo in 15. vel quando unus condemnavit in 10. secundus in 70. tertius in 100.

Nam in prima hypothesi, ut paulo ante memoratum, non attendimus ad summam minorem, sed ad majorem numerum votorum, cui non tantum in Arbitrio, sed etiam in aliis negotiis, tum judicialibus tum extrajudicialibus, acquiescendum est. In secunda vero sapienter monet P. Engel ad tit. de Arbitr. n. 2. decisionem d. cap. si ex tribus & l. diem §. 3. cautè, ac quom demum in praxin deducendam, quando minor summa versatur intra terminos aequitatis, & is, qui majorem summam pronuntiavit, non potest rationabiliter praesumi in vitiis esse propter summam minorem, tanquam injustam: cum scire Leges non sit verba callere, sed vim ac mentem Legislatoris, aequitati conformem l. siere Leges 17. ff. de LL.

§. II.

§. II.

Quid operetur Arbitrium respectu compromittentium?

138 Effectus Arbitrii respectu compromittentium sunt I. quod Arbitro vocanti parere teneantur arg. dictionum in num. 129. II. quod obligentur stare sententiae, sive aequa, sive iniqua sit d. l. diem 27. §. 2. l. non distinguemus 32. §. 14. l. ex sententia 1. Cod. de Receptis & c. 140. Vide tamen dicenda infra à n. 193.

140 quod ipsis detur ex sententia, seu laudo, actio & exceptio, non judicati: cum Judicium propter dictum non sit l. ex compromisso 2. ff. eod. sed actio & exceptio in factum, seu ex com-

141 promisso. Franzkius ad d. tit. n. 30. Inerere videlicet, an Arbitrium pacto nudo sit initum, vel stipulatione? Si stipulatione; datur actio ex stipulatu, qua victor, in laudo pronuntiat, agit adversus condemnatum, ut praestet omne, quod ratione laudi praestari aequum est d. l. diem 27. §. ult. ff. de Recept. l. cum

142 antea §. Cod. d. tit. Si pacto nudo; datur quidem exceptio pacti, vel litis finitae, si laudum emanaverit in favorem rei; at, si emanaverit in favorem actoris, de Jure Romano non datur actio, sicut ex aliis pactis nudis actio non oritur: si tamen reus approbaverit, seu, ut alii dicunt, homologaverit laudum,

vel expressè, vel tacitè, fortè quòd intra 10. dies non reclamaverit, conceditur actio in factum ex novissima constitutione Justiniani in cit. l. cum antea §. in pr.

Dixi de Jure Romano. Cum enim hodie vim eandem habeant pacta nuda, quam habent stipulationes: non licet ambigere, quin etiam ex nudo pacto concedatur efficax actio, ad laudum Arbitrale exequendum. Stryck. ad tit. cit. §. 2.

Interrogabit: an, si poena fuerit adjecta, illa soluta, liceat a compromisso recedere?

Resp. affirmative. Textus in l. si quis rem 30. ff. d. i. ubi Brunnem. n. 1. & 2. seqq. & Aub. de cernit Cod. eod. Gall. 1. obs. §. 50. n. 13. & 15. Lauterbach ad cit. tit. 4. 39. P. Engel ad tit. de Arbitr. n. 15. P. Reiffenstuel ad tit. de Arbitr. n. 88. Stryck. cit. loc. §. 8. Ex quo colligit idem Stryck. hodie validiora esse compromissa, simplici pacto firmata, quam quae olim sub stipulatione poenali concipiebantur: ab his enim, soluta poena, discedere fas est d. l. si quis rem 30. ab illis vero nemo resillire poterit; & si recurat ad Judicem, exceptione compromissi repellitur.

§. III.

Quid operetur Arbitrium respectu causa?

146 Effectus Arbitrii respectu causa, in qua compromissum, primus est, quod illi finis imponatur per l. compromissum 1. ff. d. i.

147 Secundus est, quod interruptat praescriptionem, si qua fuerit caepa in re, per compromissum decidenda d. l. cum antea §. 1. Cod.

148 de Recept. Arbitr. Tertius est, quod acta coram Arbitro in eadem causa & inter-

eosdem compromittentes in quolibet Judicio vim probandi retineant d. l. §. 2. l. ult. Cod. de Testibus cap. praesentata 50. X. eod. Brunnem. ad cit. l. cum antea & l. ult. Lauterbach cit. tit. §. 40. & in tract. synopr. th. 41. n. 1. & 2. Panormitan. ad cit. cap. praesentata de Test. num. 6. P. Pirhing eod. tit. n. 209. P. Wiestner ad tit. de Judic. n. 205.

SECTIO VII.

De Contrariis Arbitrio.

SUMMARIA.

149. Attinguntur contraria Arbitrio. 150. Solvitur morte; Etiam unius ex Arbitris. 151. & seq. Ratio redditur. 153. Textus afferuntur. 154. Solvitur alterius morte civili. 155. Item superveniente dignitate. 156. Nec non recusatione suspecti. 157. & seq. Si fuerit in aliquod Collegium compromissum, morte unius ex collegis non solvitur. 159. & seq. Uti nec solvitur, quando compromissum est in unum sub nomine dignitatis, neque persona industria fuit electa. 162. Solvitur praerea morte unius vel utriusque ex compromittentibus. 163. Sive negotium sit captum, sive non. 164. Item morte civili. 165. Uti & contraria voluntate. 166. & seq. Mors procuratoris nihil impedit, nisi datus sit in rem propriam. 168. & seq. Similiter nec mors tutorum vel curatorum. 170. Solvitur denique prolatione sententiae. 171. &

seq. Dupliciter limitatur assertio. 173. Certum tempus, si praesentium & elapsum sit, Arbitrium cessat. 174. Alias triennid Arbitrium debet absolvi. 175. Tempus non potest prorogari contra consensum omnium. 176. Nisi aliquid in compromisso sit dictum. 177. Quo casu extendi, non autem restringi potest. 178. Textus pro appellatione contra laudum. 179. & seq. Textus, & Auctores, & ratio contra appellationem. 181. Solvuntur textus anteriores. 182. Datur tamen quandoque exceptio doli. 183. Varia placita circa reductionem laudi. 184. & seqq. Assertio, & probatur reductio. 193. & seqq. Vindicatur ab objectionibus. 203. Petenda est intra decennium. 104. Sicut appellatio. 205. & seq. Causio, qui contrarius est, satisfi. 207. Petenda coram Judice ordinario causa, ab Arbitro decisa. 208. Solvitur in-

frantia. 209. & seq. Duo argumenta contra appellationem a Judice redactionis. 211. Unum

pro appellatione. 212. & seq. Priora subvertuntur.

S. I.

Qualiter Arbitrium solvatur ex persona Arbitri?

- 149 **A**rbitrio contraria sunt, quae faciunt, ut solvatur. Solvitur autem vel ex persona Arbitrorum; vel ex persona compromittentium; vel ex conditione ipsius causae.
- 150 Ex persona Arbitrorum solvitur I. morte ipsorum naturali; & si plures fuerint, etiam unius morte, nisi vel haereditum sit facta mentio; sed est, in solidum arbitrandi facultas concessa. Ratio primi est: quia personae fides, scientia, & prudentia praesumitur electa ex n. 77.
- 152 Ratio secundi est: quia compromissi forma religiosissime servari debet: quando autem compromissum est in plures, non aliter compromissi forma servari potest, quam si omnes in dicenda sententia concurrant ex 153 num. 130. Ergo &c. Videantur textus in cap. uno delegatorum 42. de Off. & pot. Judic. deleg. l. item si 17. §. 2. & ult. l. diem 27. §. 1. l. non distinguemus 32. §. 13. ff. de Recept. qui Arbitr.
- 154 II. solvitur morte civili; ad quam refero deportationem & bannum imperiale. Lauterbach ad ff. d. t. §. 42. Refero item professionem religiosam, quae tamen mors potius moralis, quam civilis dicenda, ut alibi dicam; arg. d. l. item si 17. in princ. ff. d. t. Lauterbach d. th.
- 155 III. solvitur superveniente dignitate l. licet autem 15. & d. l. non distinguemus 32. §. 4. in qua posteriori l. Paulus I Crus non putat, Arbitrum cogendum, sententiam dicere, obveniente Sacerdotio; idque non tantum honori in personam, sed & Majestati DEI indultum esse, affirmat, cuius Sacris vacare Sacerdotes oportet.
- 156 IV. solvitur recufatione, propter suspicionem ab alterutro litigantium propositam, puta quod Arbitrator uni ipsorum propinquus, amicus, vel inimicus evaserit l. licet 15. d. l. non distinguemus 32. §. 14. ff. de Recept. qui Arbitr. &c.
- 157 Scire desideras I. an, si in aliquod Collegium seu communitatem compromittatur, v. g. Judicium Aulicum, Facultatem Juridicam, Senatium Academicum &c. univrsae ex illis, qui tempore compromissi praesentes fuerant, mortuus fuerit, cesset compromissum?

Resp. negativè. Lauterbach in trakt. synops. th. 42. n. 7. Ratio est: quia Collegium, Communitas, Universitas &c. nunquam moritur, sed est, manetque semper idem in morali consideratione, tamen nova capita novaeque personae substituantur l. sicut municipii 7. §. 2. ff. Quod cuiuscunque Universis. nom. l. proponebatur 76. ff. de Judic.

Scire desideras II. an, si compromissum sit in aliquem, nomine dignitatis expressò, v. g. in Archi-Episcopum Salisburgensem, in Rectorem Universitatis &c. isque moriatur, potestas arbitrandi in successorem Archi-Episcopum, vel Rectorem transmittatur?

Resp. negativam perinde ac affirmativam sententiam à multis teneri apud Lauterbach cit. th. n. 8. & 9. utramque tamen distinctionis scedere combinari posse. Indagandum scilicet, utrum compromittentes non tam praesentis Archi-Antistitis, vel Rectoris personam respexerint, quam omnium, in eadem dignitate & officio consentientium; id, quod colligi potest ex eo, quòd compromittentibus non fuerit notus ille Archi-Episcopus quoad personam; vel quòd dignitas illa non diu penes Arbitrum remanere possit, ut contingit in Rectorem Academicum &c. an vero praesentis Archi-Praefuli aut Rectoris personam peculiariter noverint, attenderint, & illius fidem elegerint. Primò casu dicendum, compromissum non extingui cum Antecessoris obitu, sed in ejusdem successorem transire arg. cap. quoniam Abbas 14. de Offic. & pot. Jud. deleg. cap. si gratiosè 5. de Rescript. in 6.

Alterò casu asserendum, compromissum expirare, nec in successorem devolvi per cap. ult. §. si autem de Offic. & pot. Jud. deleg. l. in compromissis 45. ff. de Recept. qui Arbitr. Quam etiam assertionem in dubio recipiendam suadet Lauterbach d. l. n. 17. Quòd serviunt dicta in num. 77.

S. II.

Qualiter Arbitrium solvatur ex persona compromittentium?

- 162 **E**x persona compromittentium solvitur Arbitrium itidem I. morte, unius vel utriusque l. diem 27. §. 1. l. non distinguemus 32. §. 3. l. sed & 49. §. 2. ff. de Recept. nam compromissum non extenditur in compromittentes haeredes, si de ipsis non caveatur ibidem, ait Gregorius IX. in cap. ult. de Arbitris ubi Gonzalez num. 1. & seqq. Hocque verum est, si negotium jam coeptum fuerit, si res manifeste integra, per citatos textus. Lauterbach d. l.

th. 43. n. 3. & seqq. Arbitrium enim strictioris Juris est, quam Judicium; nec, uti hoc, in haeredes transitorium, sed tanquam res personalissima cum persona definit. Gonzalez d. l. n. 5. & 6.

II. morte civili, eodem modò, quòd dictum 164 in n. 154. Gonzalez cit. l. n. 3. Lauterbach, th. 44. num. 1. & seqq.

III. contrarià voluntate, per transactionem, pactum, assumptionem alterius Arbitri, vel

vel relationem causae ad Judicem ordinarium manifestatà l. Pomponius 13. in princ. l. si quis rem 30. d. l. non distinguemus 32. §. 3. & 5. ff. de Recept. Relegatur n. 144.

- 166 **H**abitabis I. utrum mors procuratoris solvat compromissum?
- Resp. quòd solvat, quando procurator est datus in rem propriam; secus, si in rem alienam.
- 167 **R**atio differentiae est: quia procurator in rem propriam non tantum pro domino litis, sed etiam rei litigiosae habetur l. sed si 13. §. 1. ff. de Post. l. procuratore 55. ff. de Procurator. procurator autem in rem alienam non tam dominus rei litigiosae, quam solus litis habetur ex cap. 2. n. 360. ut adeò non procu-

ratoris, sed Domini mors attendenda sit. Lauterbach d. th. 43. n. 12. & 2. seqq.

Habitabis II. utrum mors tutorum aut curatorum faciat expirare compromissum?

Resp. quòd non faciat: quippe cum tales compromissum principaliter concernat ipsos pupillos vel minores, quorum gratia sunt instituti. Unde à contrario solvitur morte pupillorum vel minorum, est tutores vel curatores supervivant: cum illorum causa non vertatur, & ex n. 162. non possit transire ad pupillorum vel minorum, quorum nomine principaliter est celebratum. Lauterbach d. th. n. 15.

S. III.

Qualiter Arbitrium solvatur ex conditione causae?

- 170 **E**x conditione causae solvitur Arbitrium I. prolatione sententiae definitivae: postquam enim Arbitrator sententiam definitivam protulit, censetur esse functus officio; nec potest sententiam vel executioni mandare, vel immutare l. qualem autem 19. §. 2. ff. de Recept. & ibi Brunnem. n. 5. l. quia Arbitrator 20. ff. eod. Gonzalez ad cit. cap. ult. n. 3. Haunold 1716. tr. 1. n. 221.
- Nisi Arbitrator terminos compromissi fuisset egressus; quòd casu, cum officio suo non censeatur esse perfunctus, sententiam ipsamet corrigere potest. l. quid tamen 21. in pr. ff. eod. Brun. d. n. 5. Lauterbach d. th. 38. n. 5.
- Quòd etiam de causa sententiam interlocutoriam emendare non prohibetur: cum neque tunc officium illius absolutum credatur d. l. qualem autem 19. §. 2. & DDres cit.
- 173 **I**I. lapsu temporis, pro causa finienda praestituti, cessat. Ubi respiciendum est, utrum compromittentes certum tempus Arbitrio praescripserint; an non? Si certum tempus praescriptum sit; eò præterlapsò, compromissum extinguitur d. l. quid tamen 21. §. 5. ff. de Recept. Rota p. 1. dec. 553. num. 23.
- Si tempus non sit praescriptum; potest quidem Arbitrator omni tempore, partibus volentibus, sententiam dicere l. sed si 14. ff. d. t. nihilominus ultra triennium nequit extendere laudem arg. l. propter actum 13. in pr. Cod. de Judic. quia enim & Judicium intra triennium absolvi debet d. l. 13. conveniens est, ut Arbitrium.

quoque non protendatur ad tempus longius: non enim differendarum litium causa, sed tollendarum ad Arbitros itur, ut differit Celsus in l. quavis Arbitrator 37. ff. de Receptis &c. Abbas in cap. cum dilectus 6. de Arbitr. n. ult. Gonzalez ubi supra n. 4. Lauterbach th. 36. n. 11.

Sciscitaberis: an tempus, pro Arbitrio expediendò destinatum, prorogari possit?

Resp. si nihil in compromisso conventum sit de prorogatione, eam neque solò consensu partium, neque solà voluntate Arbitri, sed omnium unanimi sententia faciendam esse: sicut enim primum compromissum omnium calculò coeulit, sic dissolvi, immutari, vel alterari, vel unò dissentiente, non debet. Textus in l. Pomponius 13. §. ult. l. Arbitrator ita 33. l. Arbitrator ex compromisso 50. ff. d. t. Gonzalez cit. num. 4.

Sin verò specialiter in compromisso facultas prorogandi sit concessa, potest Arbitrator, invitò quoque partibus, tempus prorogare l. Labao 25. §. 1. l. non distinguemus 32. §. ult. ff. d. t. ita tamen, ut ad penam committendam, vel necessitas prorogandi, vel consensus partium requiratur d. l. §. 11. Gonzalez ibid.

Interim, datà licentia prorogandi, non censetur esse data licentia referendi, hoc est, anticipandi tempus d. l. Arbitrator ita 33. cum immotum & frequenter jam allegatum principium in hac materia sit, quòd Arbitria sint strictissimi juris, nec ultra terminos extendantur. Idem ibid.

S. IV.

Positne Arbitrium interposita appellatione rescindi?

- 178 **A**ppellationem contra Arbitrium interponi, laudumque hòc remedio rescindi, vel suspendi posse, probari videtur I. ex l. Arbitro 9. ff. Qui facienda cog. II. ex l. ult. ff. à quibus appellari non licet. III. ex l. ult. in §. nisi fuerit provocatum &c. Cod. de Judic.
- 179 **A**t certa quasi sententia est, provocacionem non licere. Textus sunt in cap. à Judicibus 33. cap. Janè 3. §. licet cap. si quis Episcopus 36. §. arbitrariis. II. q. 6. l. non distinguemus 32. §. 14. ff. de Receptis &c. l. ex sententia 1. Cod. de Receptis Arbitris. Authores sunt P. Engel ad rit. de Arbitr. n. 7. P. König ibid. num. 23. P. Pirhing ib. n. 5. Gonzalez ad cap. non sine 2. eod. num. 14. Abbas in cit. cap. cum dilectus sub num. 17. Gaill. 1. obs. 49. n. 1. Zoëlius ad cit. rit. ff. n. 31. Brunnem. ad cit. l. 1. Cod. num. 1. Lauterbach cit. trakt. th. 39. & innumeri ferè

ab

180ab his laudati. Ratio capitalis est: quia, ubi non est verum iudicium, verus iudex, & vera sententia, non est vera appellatio, ut pote quae eum in finem est inventa, ut iniquitatem vel imperitiam iudicantium, in sententia commissam, corrigat. *l. appellandi 1. in pr. ff. de Appellat.* Atqui Arbitrium non est verum iudicium arg. *l. compromissum 1. ff. de Recept. sed umbrae tantum & similitudinarius; nec Arbitrator est verus iudex, publicae auctoritate constitutus ex num. 10. nec laudum est vera sententia l. quid ergo 13. §. 5. ff. de His, qui not. infam. Ergo &c.*

181 Textus in num. 178. recitati non disponunt de Arbitris compromissariis, sed statutariis, vel Legalibus, seu Arbitris juris & necessariis,

à quibus, cum veri sint iudices, appellatio non denegatur per textum in *cap. ab Arbitris 11. de Offic. & pot. Jud. Deleg. in 6.*

Esti autem appellatio non datur, attamen aliquid per modum appellationis contra laudum est concessum, scilicet exceptio doli, vel nullitatis, quando vel contra formam compromissi, vel contra SS. Canones & Leges, vel ex gratia, sordibus, aut inimicitia dolose prolatus est per *cap. non sine 2. de Arbitris l. qualem autem 19. §. 2. l. non distinguemus 32. §. 14. ff. de Recept. l. Arbitrorum 3. Cod. eod.* Gonzalez ad *lit. cap. san. num. 18.* & reliqui Auctores in num. 179. citati, è quibus Gail. 1. obs. 150. num. 9. in casibus adductis veram appellationem admittit.

§. V.

De iure contra laudum Arbitrii reductio ad Arbitrium boni viri?

182 Per reductionem ad Arbitrium boni viri intelligimus remedium, quod laudum revocandum, & corrigendum submittitur vero iudici, publicae auctoritate instructo. Hanc unam appellationem prohibitam esse, docuerunt Zoësius *cit. l. n. 31.* Struv. *cit. exercit. 8. sh. 104.* Miller *ibid.* Lauterb. ad *tir. ff. eod. §. 37. in fin.* Stryck. *ibid.* §. 11. Fleck. in *Biblioth. d. l. §. tit. 17. num. 26.* Licetam e contra esse, quando enormis laesio ex laudo secuta est, docuere videntur Gall. *cit. observ. 150. num. 9. & seqq.* D. Philippus Braun ad *tir. de Arbitr. conclus. 1. pag. m. 232.* & plures. Licetam verò simpliciter esse de iure Canonico, tenet Gonzalez in *lit. cap. non sine 2. de Arbitr. num. 18.* idemque de iure Civili defendit Molina *tr. 5. disp. 30. n. 7. & 8.* apud Schambogen ad *tir. tit. n. 4.* citatus, & Brunnem. in *l. ex compromisso 2. n. 2. & in l. diem 27. n. 12. ff. de Recept. qui Arbitr. & in l. ex sententia 1. num. 14. & 15. Cod. eod. tit.*

184 Postremam sententiam utrique Juri contentaneam esse, dum laudum non est homologatum, seu tacite vel expresse à partibus nondum confirmatum, demonstratur l. ex iure Canonico, tum ex *d. cap. non sine 2. de Arbitr.* ubi Pontifex indistinctè admittit, Arbitrium, quod nequiter & perperam dictum est, corrigi posse; quae verba, si tenor *cap. penitus excutitur*, non supponunt necessario dolum: licet enim Arbitri dolo induxerint ad compromittendum, attamen quod dolum in arbitrandum admiserint, ibidem non exprimitur: tum ex *cap. pervenire, eod. tit.* ubi rescinditur laudum in causa decimarum, tantum idèd: *quoniam Ecclesia possit impoſſerum perniciosum existere.*

185 Demonstratur II. ex iure Civili in primis ex *l. pen. in pr. Cod. d. 1.* ubi, dum statuitur, ex compromisso dari actionem, quando pars victa sententiam approbavit, expresse vel tacite, quod ad scilicet contra eam non protestata fuerit; mox addicitur, approbationem tacitam non adesse, quando intra decem dies proximos attestatio missa fuerit vel iudici vel adversario

ab alterutra parte, per quam manifestum fiat, desinationem non esse amplectendam: supponitur itaque, nullam esse necessitatem, laudum acceptandi, sed dari liberam facultatem, illud recipiendi, & corrigendi.

Si dicas cum Stryckio *cit. §. 11. in cit. l. agi 86* de compromisso, citra stipulationem per nudum pactum inito, ex quo non nascitur actio, nisi accedente subscriptione vel homologatione.

Contra est, & praeterquam quod pactum nudum habeat eandem vim, quoad forum, conscientiam, quam habet contractus; ipsi quoque Jus tale pactum servari praecipiat in *l. Juris gentium 7. §. 7. ff. de Pact.* sique recessum ab eo non magis, quam à contractu permittat: Demonstratur Juris Civili assistentia ulterius in *Auth. decernit Cod. eod. tit.* cuius haec sunt verba: *decernit Jus novum, nullum fieri posse Arbitrium, ut cum sacramento Religione iudicet, sed poenam statuat, quae praestita, liceat, à iudicatis recedere.* Ecce! hic absolute permittitur recessus à laudo, soluta poena juxta *n. 144.* nec distinguitur, an stipulatio, an nudum pactum antecesserit. Ergo in utroque casu eadem est dispositio servanda.

Quod si replices: *Authenticam* hanc loqui, de Arbitrio poenali, in quo obligatio non absoluta, sed alternativa, seu conditionata juxta *cit. n. 144.* contrahitur; non autem destipulatione non-poenali, quae absoluta est.

Contra est, & demonstratur clarius intentum ex ipso fonte *cit. Authent. videlicet Novel. 132. cap. 11.* in cuius principio Imperator generatim prohibet, ne iudices Arbitrarii Arbitria jurata permittant, ex eo: quod merito lesipissimè per Arbitralem sententiam rursus vel sint examinari negotiorum, obliis iurisdictionis, quod juraverunt: sique de novo supponit, laudum Arbitrale, qualecunque sit, retractari posse. Deinde in §. 1. ordinat, ut omnino, qui iudicem aut iudices eligunt, cum poena eligant eos, quatenus partes ad invicem coactant, & necessitatem habeant, aut contenti esse iudicio, aut NB. si retractare voluerit alter, aut multam, & sic licentiam habeat descendere

secundum reus ab iis, quae iudicata sunt, & ad aliud venire auditorium. Ex qua ordinatione relucet, etiam ab Arbitrio non poenali licere discedere; poenamque solvere eò sine adici, ut saltem poenae adiectae metu discessus iste reddatur difficilior.

190 Adhaec in verbis subsequentiis *cit. Nov.* loquitur in specie de stipulatione, petitque, ut poena in stipulationem deducatur, non ut faciliior, sed, prout jam memini, difficilior recessus efficiatur. Adeoque, consideratis omnibus, palam est, à Legibus Civilibus concessum esse, à laudo recedere, & venire ad aliud auditorium, seu petere reductionem ad verum iudicem.

191 Ratio autem hujus sententiae assignari potest, quòd, cum Arbitri per facile possint errare, ac contra litigantium intentionem pronuntiare, res admodum dura foret, si nullum suppeteret remedium, à quo pars gravata sibi consulere, atque à gravamine liberari posset. Cùmque ex ista ratione in iudiciis introducat sint appellationes, appellandi 1. in pr. ff. de Appellat. erunt similiter in Arbitris introductae reductiones.

192 Obijcies I. *l. diem 27. §. 2. ff. de Recept.* ubi iustus, hanc, inquit, debet sententiam, quam de re dixerit, sive aequa, sive iniqua sit: & sibi impuget, qui protestatur. Atqui, si datur reductio ad Arbitrium boni viri, non debet dari sententia, sed licet ab ea recedere. Ergo &c.

193 Resp. I. etiam dicitur in *l. sicut 5. Cod. de O & A.* conventiones ab initio liberæ voluntatis esse, postea verò res necessitatis fieri, & tamen in *n. 144.* cum communi concessum est, quòd compromittentes à compromisso recedere possint, soluta poena. Item & in *cit. l. Juris gentium 7. §. 7. ff. de Pact.* dicitur, pacta servanda esse; & tamen ab Arbitrio, per nudum pactum formatò, recessum aperte permitti in *lit. pen. in pr. Cod. de Recept.*

194 Resp. II. distinguendò majorem stari debet sententia Arbitri, absolute & simpliciter, nego majorem; alternativè & conditionatè, hoc est, vel stari, vel peti reductio, concedo majorem. Vel aliter distinguendò: stari debet sententia, hoc est, ut appellatione non possit rescindi, concedo majorem; ut tamen non possit rescindi reductione, nego majorem. Vel sic: stari debet sententia, si tacite vel expresse fuerit homologata, conceditur major; secus, negatur. Instantiam habemus in iudicio. Nam & ea, quae iudicata sunt, debent à parte condemnata adimpleri, sive malè sive bene sit iudicatum; sed sub conditione, si in rem iudicatam transierint, atque ab iis legitimo tempore non fuerit appellatum per *cap. quod ad consultationem 15. de Sens. & re iudic.* Ergo & ea, quae sunt laudata, seu per Arbitrum pronuntiata, debent adimpleri, sive aequa, sive iniqua sint; sed sub conditione, si quae in rem arbitratam (sit verbo venia) transierint, nec debetò tempore petita fuerit reductio *d. l. pen. in pr. Cod. de Recept. d. Nov. 82. cap. 11. in pr.*

Obijcies II. *l. societatem 76. ff. pro Socio*, ubi iustus iustus, Arbitrorum, ait, genera sunt duo: unum ejusmodi, ut, sive aequum sit, sive iniquum, parere debeamus. Quòd observatur, cum ex compromisso ad Arbitrum itum est: alterum ejusmodi, ut ad boni viri Arbitrium redigi debeat. Sed Arbitrator, de quo nobis amodò lis est, talis est ex compromisso. Ergo parere debemus, sive aequum sive iniquum iudicaverit.

Resp. I. hanc l. ut liquet ex contextu, sermone facere de Arbitratoribus, qui eliguntur vel assumuntur, ad in aequalitatem in contractibus, vel aliis negotiis extrajudicialibus determinandam; quòd casu, si specialis Lege conventum fuerit, ut determinationi Arbitratoris pareatur; sive aequa fuerit, sive iniqua, statur conventioni; secus, si specialis conventio non adfuerit: tunc enim simpliciter Arbitramentum respuere, & recurrere ad Arbitrium boni viri licet ex *num. 15.* Brunnem. ad *lit. l. n. 1.*

Resp. II. *ex cit. l.* quae bipartita est, non minus secundam partem, quam primam intento nostro accommodari posse; & quia in secunda parte indistinctè admittitur reductio ad Arbitrium boni viri, in presenti quoque admittendam esse.

Resp. III. sicut respondit in *num. 194.* distinguendò priorem partem *cit. l.* parere debemus Arbitrio, sive aequum, sive iniquum fuerit, si tacite comprobatum & homologatum fuerit, concedo majorem; si debetò tempore contractum & reclamatum sit, nego majorem.

Obijcies III. transactio, semel inita, nequit ex communiore sententia amplius rescindi, esse etiam enormis laesio intervenerit. Ergo nec Arbitrium, semel initum, poterit lata sententia rescindi.

Resp. distinguendò consequens. Ergo nec Arbitrium poterit rescindi, quando sententia ab utraque parte, tacite vel expresse, fuit approbata, concedo consequens, quando fuit reprobatà, nego consequentiam. Uti transactio tum demum fit rescindibilis, quando mutuo paciscentium consensu roborata est: sic Arbitrium, pronuntiatà sententia, consummatum, fit rescindibile, quando mutuo compromittentium consensu comprobatum, & homologatum est.

De cætero jam supra in *num. 25. & 31.* incidenter attigimus, à transactione non possesolidum argumentum semper formari ad Arbitrium; eoque minus in presenti, quòd major occurrit ratio differentiae. Quòd enim transactio non possit rescindi, transigentium voluntati adscribendum, qui, cum puncta transactionis specificè comprobaverint, absque ratione postmodum improbant. At compromittentibus tempore compromissi necdum providere possunt, qualis & pro quo ferenda sit sententia: unde, si postea gravatos per sententiam Arbitralem inveniant, nequaquam improbare censentur, quòd antecederet approbaverunt.